IN NOMINE DOMINI AMEN Ad perpetuam rei memoriam Nicolaus Radwyl Palatinus vilnen
Magni Ducatus Lithuanie Cancellarius & heres in Gonyadz etc Significamus tenore presentium quibus expedit vniversis tam presentibus quam
futuris harum notitiam habituris Quomodo postquam bona nostra Gonyadz cum omni iure & proprietate Necnon cum omnibus suis siluis agris ho
minibus tam nobilibus quam plebeis ad dictam Gonyadz pertinentibus & cum toto suo territorio in nostram hereditariam ditionem venerunt Nobilis
Iohannes slawskij vnus ex terrigenis nostris Gonyadzen produxit & exhibuit coram nobis Certas litteras Serenissimi olim Principis & Domini
Dni Alexandri Dei gra Magni Ducis Lithwanie etc in quibus Donatio Certe terre nomine Mykytinska ipsi Iohanni eiusque successoribus facta contine
batur Petens a nobis idem Iohannes slawskij Quatinus litteras ei predictas auctoritate nostra hereditaria confirmaremus Nos itaque atten
dentes petitiones eius esse iustas & consonas rationi Eundem Iohannem slawskij eiusque legitimos successores in pacifica & quieta possessione terre
predicte relinquimus & relinquimus tenore presentium mediante Quamquidem terram Mykitinska idem Iohannes slawskij eiusque legitimi successores
tenebunt habebunt & perpetuo possidebunt Cum omnibus vtilitatibus fructibus & obuentionibus paratis & parandis quibuscunque nominibus cense
antur Cum agris cultis & incultis siluis rubetis gajs indaginibus venationibus & aucupationibus iuxta morem terrigenarum pratis paludibus aquis
piscina seu stagno aggere & molendino super fluuiolo Mykytina Cum omni iure & proprietate Cum omnibus his quecunque ad ipsam terram
Mikijtinska ab antiquo pertinebant tam longe & tam late prout Dicta terra in suis limitibus circumferencialiter est Distincta & limitata Ex vna
parte cum villa nra Dolistowo Ex alia cum alia Dzyenezioſowo & cum palude Dicta Lasirylo[?]tye Quaquidem terram Mykitinska ipse Io
hannes slawskij eiusque legitimi successores tenebunt possidebunt & habebunt Cum tali potestate vendendi & si nos vel successores nostri eandem
ipsorum terram emere ac soluere noluerimus vendant Donent commutent alienent ac resignent sed illis tantummodo in quorum personas nos vel
nostri successores suum Dabunt consensum Rebellibus autem licebit nobis taxatis iuste ipsorum bonis Mikitina prefata & successoribus nostris
ea redimere ac auferre & cui voluerimus vel nostri posteri voluerint Dare & consignare Ipse vero Iohannes & eius legitimi successores tenebuntur
ac debebunt De bonis suis predictis nobiscum & cum nostris successoribus ire ad bellicas expeditiones & seruitia terrestria cum alijs terrigenis to
ties quoties opus fuerit iuxta suam facultatem Et debebunt nobis coniugi ac filijs & alijs successoribus nostris subditi esse ac subiecti ration
predictorum bonorum Mykytina Quos ab omni alia exactione & etiam a Datia que Grodowe appellatur liberos esse volumus et exemptos
Preterea volentes ipsum Iohannem slawsky ipsiusque legitimos successores obligatiores & ad nra alacriores seruicia nrorumque successorum
reddere Dedimus ei & tenore presentium Damus Certam terram predicte Mykitinska adiacentem Cuius granicies hoc modo cognoscentur
Eundo iuxta trans pontem in ipsius villa medio constitutum vsque ad paludem als [illegible] A palude vero quanto rectius ad quendam
fluuiolum als Do luſzka qui fluuiolus vadit ad fluuium brzozowa Ipso autem fluuiolo eundo ad brzozowa ubi Mykitinka fluuiolus infe
rius berezowa incidit hanc itaque terram que inter has Descriptas granicies continetur ei successoribusque eius legitimis Dedimus & tenore
presentium in perpetuum Damus Vltra hec omnia ipsi Iohanni slawskij eiusque successoribus concessimus & consensimus vt in eodem fluuiolo
Mikitinyrza inter ipsorum & nostram ripam superius quam pons est pistinam sibi construat & construant in loco quo iam antehac costrui
cepta est In quorum omnium fidem & testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum Actum & Datum in Gonyadz
feria quinta proxima ante festum Leathe[?]osten Anno domini Millesimo Quingentesimo Decimo Nono Presentibus ibidem Generoso &
venerabili Dnis Nicolao yendilo Raczkowicz Marsalco Ducatus Magni Lithuanie & tenutario in schawlye & Mathia De Crayna
Artium & Medicine Doctore ac Nobilibus Iohanne Iwaschenyetz factore nro bielscen & [illegible] ac aduocato in Calynowka

17

Z·E·E

Confirmatio terre Mikitinsko per Jo. Slawski per Nico[laum] Radziwil Pala. Vilnen.

1519

N° 42

Подтвердительный запис от князя Николая Радивила Ивану Славскому на землю Микитинскую въ имении Ганазв... 1519 г.
(на латин. яз.)

Виленская Публичная Библиотека.
В.1 6 4.